







Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-385279-p0003-9

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-385279-p0004-5

DFG

- 1691.
1. Berger, Jo. Henr.: Conclusionum forenium expositio I.
  2. Berger, Jo. Henr.: De privilegiis militum eric testa-  
menta.
  3. Berger, Jo. Henr.: De jure primae licitationis
  4. Byschlagius, Dr. Balck: De atris I.
  5. Byschlagius, Dr. Balck: De atris. II.
  6. Heler, G. Michael: Ordinis Fratrum laicorum. Witten-  
berg. Decanus: narraturis audiendi operam . . .  
Funeris Jo. Waltros . . . publice solemniterque dictum.
  7. Heler, Georg Michael: De depraedationibus metalli-  
corum circa regnum metallicum.
  8. Hornius, Karp. Heinrich: De iuribus circa separa-  
tionem singularibus.
  9. Hornius, Karp. Heinrich: Utrum in Saxonia actio  
ad cunctionei juratoriam, sententia dominus juri-  
jurando se subfratre queat, si fr. de jurores postea  
invenitur, satis datur velut?
  10. Naevius, Joh. Carolus: De aquæbris observantiis in justi-  
cianis et lecidioris factis humanis

1691.

11<sup>a</sup><sup>z</sup><sup>b</sup> Rockhausen, Christianus : De jure majestatis circa  
rem litterarium. 2 Exempl.

12<sup>a</sup><sup>z</sup><sup>b</sup> Strauss, Gottfried : De cunctis mortuis 3. Exempl.

13. Strauss, Gottfried : De appellationibus et abra-  
dicilibus

14. Strykius, Samuel : De negotiis per interpretationem  
testis

15. Strykius, Samuel : De principe evincendo occasione  
l. Lucis 11. I. de evit.

16.<sup>a</sup><sup>z</sup><sup>b</sup> Strykius, Samuel : De jure illustrans et nobilium  
communi 2 Exempl

17. Strykius, Samuel : De remissione inculpi

18. Strykius, Samuel : De retorsione juris

19. Strykius, Samuel : De diversis sponsalibus et l.  
prosternia. 2 X. De sponsal.

20. Strykius, Samuel : De diversis unius disperatorum  
et l. prosternia 2 X. De sponsal.

1691

21. Trepper, Anders: *De jure magistratus et eius  
concessione*.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-385279-p0008-8

DFG

Q. D. B. V.

1690 24/

# DACIAM CONSULAREM,

PRÆSIDE

C. S. SCHURZFLEISCHIO,  
Prof. Publ.

edisseret

M. JOHANNES FRANCISCI,  
Coronâ.-Transylv.

In Auditorio Majori,

D. 29. Martii,

A. C. M. DC. XC.



WITTEBERGÆ,

Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ.

Accedit Portfolium Collectio

# M A T T A D

I.

**D**acia, quā Transylvaniā designat, & mediterranea nominatur, regnum fuit, priusquam ditioni Romanæ conjuncta est: postea inter provincias relata, Consularis fieri cœpit.

II. Ex Thracia literæ legesque Græcorum in Daciam traductæ sunt, quibus usq; videtur ad Trajani adventum, qui cum lingua Latina colonias Italicas huc deduxit.

III. Trajanus in hanc regionem, aditu difficultem, & angustiis fauibusque montium quasi muritam & clausam penetravit, cum ei pateret via ad portas ferreas, a quarum transitu objectis cohortibus, facile arceri potuisset.

IV. Aurum argenteumque, quod in Dacia effossum est, devehebatur in Macedoniam, & tradebatur præfecto, qui Romanorum jussu impositus, Thessalonicæ curabat, fructusque fodinarum & census publicos, in publicam Imperii utilitatem erogabat ac dispensabat.

V. Inter tres Dacias nobilissima semper extitit consularis, sub qua constituti erant cum Ducibus suis *Dacia Alpensis & Ripensis*. Omnes autem hæ Daciарum provinciæ tenebantur præfecto, regendæ Macedoniae potestatem consecuto.

VI.

VI. Etenim Dacia Orienti, & speciatim Illyrico  
Orientali attributa est, Romanisqve Imperatori-  
bus tantisper paruit, dum spretâ Gallieni auctorita-  
te insurgeret, & commota se in libertatem vindi-  
caret.

VII. Quare cum Aurelianus Imper. viribus suis  
diffideret, eamqve retineri posse desperaret, dedi-  
ctis inde præsidii, Daciam neglexit, & jure per Tra-  
janum acquisito, ac sub decem & octo Imperatori-  
bus continuato cessit. Neque tamen sic omnia  
Latini cultûs vestigia ibi deperdita sunt, ut lapides,  
viæ publicæ, rudera pontis Trajani, aliaqve monu-  
menta ostendunt.

IX. Postea Impp. Græco-Romanî, partitione Im-  
perii facta, Daciam sibi vindicarunt, sed inclinatis  
horum rebus, Hunni in Daciam Pannoniamq; mo-  
verunt, quibus ob crudelitatem excursionumq;  
licentiam deletis, Hungari successerunt, sub quibus  
Germani & Saxones, fortis liberiqve homines, re-  
gnante Geysa II. jus Civitatis in Transylvania ade-  
pti, septem castra, id est, septem urbes, quas etia-  
mum Germanorum Saxonumq; posteri incolunt,  
læto feliciqve rerum suarum initio condiderunt,  
vel potius ante Hungaros conditas, cultu & habita-  
tione sua excoluerunt ac nobilitârunt.

X. Non ergo pro advenis, nedium pro peregrinis  
habendi sunt, qui multis retrò seculis in principa-  
tum

cum remqve publicam æquâ libertate, & pari ~~in-~~  
*digenatus* titulo coaluerunt, multisqve aucti pri-  
vilegiis & immunitatibus, formam regendi popu-  
larem, & priscis etiam Germanis Saxonibusqve u-  
sitatam, salvo Regum Principumqve jure, in urbes  
suas admiserunt, ac turbato interdum Daciæ statu,  
principatuqve mutato, constanter retinuerunt.

X. Recentiores sunt in Vngaria Germani, qui sub  
illud tempus, qvo Ladislaus Posthumus regnum su-  
scepit, cum manendi consilio propositoq; in Vnga-  
riam venerunt, & sedes ibi stabiles domiciliaqve  
certa, sed conditione dispari, habere cœperunt.

XI. Quæ verò sæpe dominos mutavit Dacia, vi-  
ros Europæ fortissimos genuit, sed nullos dedit,  
qui prisco Romanorum Imperio potirentur. Con-  
tra ex Pannonia, in primisqve ex oppido & agro  
Sirmiensi, plures Augusti Imperatores prodierunt.  
Ut crimen sit, non gratulari Augustissimo *Leopoldo*, qui altricem tot Imperatorum terram è fauci-  
bus barbarorum erexit vindicat sibi, ac fortiter  
defendit, plenoqve successionis jure ad filium *Jo-  
sephum*, electum hoc anno & inauguratum Roma-  
norum, atqve hereditarium Ungarorum Regem  
transmittit, Daciæqve bonis conditionibus rece-  
ptæ, SECURITATEM ex antiqua Romanorum  
formula feliciter præstat, maximus idem, ac pri-  
mus, inter primos septem Leopoldos, Imperator  
Augustus, numeri divinitatem rarâ & admirabili  
felicitate complens.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-385279-p0013-5

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-385279-p0014-1

DFG



TA-OC

DM



## Farbkarte #13

B.I.G.

	Black	3/Color	White	Magenta	Red	Yellow	Cyan	Blue
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8
Centimetres	2.54	5.08	7.62	10.16	12.70	15.24	17.78	20.32

